



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Attamen Legatorum præsentia nihil detrahit de dignitate Regum nostrorum. Capitulare Lotharij, in quo quamplurima decreta extant circa disciplinam canonicam. Illud se observare velle profitetur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

habito generali conventu, & oblata sibi annua dona suscepit, & legationes plurimas, que tam de Roma, & Benevento, quam de aliis longinquis regionibus venerant, & audiuit & absolvit. Idem dicendum est de Legatis pontificiis qui Concilio Compediensi interfuerunt anno septingentesimo quinquagesimo septimo, Georgio nimirum Episcopo Romano, id est, Episcopo provinciae Romanae, & Ioanne Sacellario, quorum mentio extat in canone ix. illius synodi. Nam missi fuerant à Paulo primo ad Pippinum Regem, ut eum certiorum facerent de sua electione, amotisque in Pippinum sui ac totius populi Romani abundantiam illi ostenderent; ut patet ex epistola Pauli Pontificis ad Pippinum.

III. Itaque nullos alios canones præsentia Legatorum de industria missorum firmatos reperio, præter Liptinenses sub Carlmanno editos anno septingentesimo quadragesimo tertio, & Francofordienses anno septingentesimo nonagesimo quarto. Quare caute legendus est Benedictus Levita, cum in præfatione ad librum quintum Capitularium air, ut auctoritatem illis conciliat, ea fuisse maxima ex parte statuta in conventibus quibus Legati sedis apostolicae interfuerunt, ea firmantes apostolica auctoritate. Id enim intelligendum est de tribus postrem Capitularium libris, ut ipsemet Benedictus scribit in fine ultimi libri.

IV. Tametsi illud nihil detrahit de dignitate Regum nostrorum. Contrà, præjudicio illo firmatur jus in cuius possessione tunc illi erant, convocandi nimirum Concilia, coramque decreta confirmandi, aut modificaitione adhibita inflektendi. Lotharius Imperator Capitulare edidit anno DCCXLVI. quod ex legibus Caroli Magni, Ludovici Pij, Pippini, & ipsius Lotharij constat, quod observari juber per universum Imperium, multa eis indicta qui contra venirent, sive Ecclesiastici forent, sive laici, in quo Capitulari quamplurima decreta extant circa disciplinam canonicanam. Tantum autem abest ut Leo quartus ea damnet, tanquam à judice non competenti edita, ut etiam ad Lotharium scribens profiteatur se observare velle illud Capitulare: *De capitulis vel præceptis imperialibus vestris nunc & in evum nos conservaturos modis omnibus profitemur.*

C A P V T XXVIII.

Synopsis.

I. *Antiqua politia nondum prorsus eversa erat aeo Caroli Calvi. Episcopi tum lacertos movere cooperunt. Eorum tamen decretia in synodis edita non*

ante valebant quam in conventu regio approbata fuisse. Probatur exemplo Concilij Ardenensis. De raptis alienarum sponfarum.

II. *Synodus Suectionensis anni 853, nullum caninem edidit extra materiam à Carolo propositam. Ejus canones confirmati sunt apud Vermeriam in generali regni convenitu.*

III. *Sub Carolo Calvo immensi cæpta Regum dignitas. Nicolaus primus ad se traxit convocationem Conciliorum absque litteris Principis. Altum id adversus mores antiquos.*

IV. *Tamen Summus Pontifex potest synodus convocare intra Gallias, si id Ecclesiæ utilitas pesteraverit. Ita sensu synodus Suectionensis anno 866, adversus Britonum Episcopos scribens.*

V. *Antea convocatione Concilij generalis fiebat auctoritate Principis, etiam quando Summus Pontifex synodus in regno haberi precepit. Probatur auctoritate Gregorii magni & Hincmari.*

VI. *Nicolaus primus sequi noluit exemplum beati Gregorii. Sua auctoritate eam synodum Suectionensem celebrari jussit. Quare synodus fatur se congregatam fuisse iussu & auctoritate Nicolai. quod etiam agnoscit Carolus ad Nicolatum scribens.*

VII. *Volfadus Remensis Presbyteri causa aliquam occasionem subministravit infringenda Conciliorum Gallicanorum auctoritati. Synodus Suectionensis cedit iussis Nicolai. Sed tamen cum haud occulit increpat, graviterque mones datum esse exemplum perniciosum posteris.*

VIII. *Volfadus gradui suo restitutus in synodo Suectionensi, statim fit Archiepiscopus Bituricensis; in expedita restorationis ejus confirmatione, quam Rex à Summo Pontifice postulaverat. Ex eo tempore Summi Pontificis ad se traxerunt judicia appellationum Episcoporum & Presbyterorum.*

IX. *Concilium Metense iussu Nicolai congregatum, postulante Lothario Rege. Causa enim dubia erat. Agebatur de divorcio Lothary cum Thethbergia.*

X. *Attamen Nicolaus non transmisit prorsus iura regia. Ex facto ejus, deprehenditur epistolæ Pontificum apud nos obtinere non posse vim legis, donec Regi offensa fuerint.*

XI. *Lethale voluntas synodis inflixit Nicolaus primus præcipiens ut Acta synodi Metensis ad semitantur; ut se iniuste fuerit iudicatum, restaurari jubeat cognitionem.*

XII. *Nicolaus, primus omnium pronuntiavit neminem posse synodum generalem convocare absque iustione sedis apostolice.*

XIII. *Duo loca male intellecta occasionem præbuerunt huius propositioni. Primus petitur ex synodo Romana in causa Symmachii Papaæ. Verabuimus synodi mens explicauerit.*

XIV. *Secundus locus erit ex epistola Pelagi secundi adversus Ioannem C.P. qua explicatur. Canones generales Ecclesia conditæ non possunt absque sententiæ Romani Pontificis.*

XV. *Verissimum est Concilia non posse celebrari abique sententia Summi Pontificis. Sed regula illa extendi non potest ad Concilia nationalia. Hincmari præclaræ regule afferuntur. An generalia regni Concilia haberi posse in palatio.*

I. **A**NTIQUA politia nondum prorsus eversa erat atque aeo Caroli Calvi. Episcopi tum lacertos movere cooperunt. Eorum tamen manifestè appareat bella civilia, qua

Bened. Levita in prefib., Capitul. Maxima ex parte eadem auctoritate apostolica & omnium Francorum sociorum ordinis; utrumque effensa fuit rotata.

Capitulare Lothariae, editum à Godeberto co. 1. Constat. imperial. pag. 1.

Ap. Gratian. lib. 10. c. 9.